APOLLONII MENABENI MEDICI ET PHILOSOPHI INSVBRIS, TRACTATVS DE MAGNO Animali, quod Alcen nonnulli vocant, Germani verò Elend, & de ipſius partium in re medica facultatibus:

ITEM
HISTORIA CERVI RANGIFERI, & Gulonis Filfros vocati.

AD RVDOLPHVM II. INVICTISS. ROM. IMPERATOREM AVGVSTVM.

[redacted]

COLONIÆ
Apud Maternum Cholinum.
M. D. LXXXI.
Cum Gratia & Priuilegio Cæſ. Maieſt.

Coll. Soc. IESV Salm. ex dono Regum

Esta conforme al Exp.º de 1640. y corr.

[illegible]

APOLLONII MENABENI PHYSICI TRACTATVS DE MAGNO ANIMALI, GERmanis *Elend dicto, & de ipſius partium in re medica facultatibus,*

Præfatio.

IN vilibus etiam rebus vbique locorum naturæ numen ineſſe, pulchrumque ingenium vigere his verbis apertè declarat Ariſtoteles: Nulla res eſt naturæ, cui non mirandum aliquid inditum habeatur; & in ijs, etiam, quæ in hoc genere minùs grata noſtro occurrunt ſenſui, natura parens, & auctor omnium miras excitas voluptates hominibus, qui intelligunt cauſas, atque ingenuè philoſophantur. Hoc idem probat Heracliti teſtimonio, quem in caſa quadam furnaria caloris gratia ſedentem, cùm fortè quidam alloqui vellent: ac ideo tamen ad ipſum accedere temperarent, eos iuſsit ipſe fidenter ingredi: quoniam, inquit, ne huic quidem loco Dij deſunt immortales. Iure igitur optimo naturam iuſtiſsimam ſæpe numero vocauit Hippocrates: & Auerroes eandem diuinam nuncupauit: atque ipſius diuinitatem in imperfectis, ac vilibus magis, quàm in perfectis eluceſcere teſtatur

his

QVOT, ET QVIBVS nominibus vocetur Magnum animal.

CAPVT I.

INTER eos, qui huius animalis vngulæ epilepſiam fugādi poteſtatem tribuunt, vix duos reperies, qui in nominibus inter ſe concordent. Nam alij Alcem hoc animal apellant, alij aliter. eruditiſſimus Cardanus ſolam Alcem à C. Iulio Cæſare deſcriptam agnoſcit. hoc, de quo agitur, animal magnum nuncupat: Alcem nullo modo vocandum cenſet, & re vera quidem. Nam in multis differt à Cæſaris Alce, vt paulò poſt videbitur. Iulius Cæſar Scaliger vir acerrimi ingenij in ſuo libro, quē de ſubtilitate ad Cardanum inſcribit, licet duas dicat eſſe Alces: hoc tamen animal Alcem non appellat: ſed cum quibuſ-

REMBERTI DODONAEI MEDICI CAESAREI,

De Alce ad Lectorem Epiſtola.

[redacted]

nendus